

Ἀξιωματικόν ὄντα.

1. τὰ λεξικά.

1. Visio calathorum. 2. Recordatio Domini in bonum. 3.

Tres pœnæ universales.

2. τὰ γραμικά.

Memoria maximè dignus est vl. 7.

3. τὰ δημηγορικά.

Sufficit huic capiti Una concio.

vl. 7. pertinet ad Festum Pentecostes.

## CAPUT XXV.

Continuatio.

**H**Athenus Propheta denunciavit Hebræis pœnas fatales, maximè autem captivitatem Babylonicam, sed indefinitè: In hoc capite tempus istius captivitatis spatio LXX. annorum definit, & aliis quoque gentibus suas clades indicit.

Argumentum capitis.

Caput istud totum est ἀπληθικόν; Complectitur enim comminationem pœnarum, quas Deus partim ab Hebræis intra Ecclesiam; partim ab aliis gentibus extra Ecclesiam sumpturus.

Partitio capitis.

Partes capitis primariæ duæ sunt: In 1. Hebræis usque ad vl. 12. In 2. aliis gentibus pœnæ fatales denunciantur inde usque ad finem capitis.

Usus.

Commendat istud caput mirificè auctoritatem Scripturæ Propheticæ; præbetque occasionem recolendi memoriam spiritualis illius captivitatis in Babylone Romana; Unde ope & operâ Lutheri tandem elapso tempore definito liberati fuimus.

Explicatio 1. partis.

Prior pars istius capiti distribui potest in præfationem & ipsam concionem propheticam. In præfatione duo præmittuntur (1) est *ἡρολογία*, vel *descriptio temporis*, quo concio isthæc habita, quarto videlicet anno Jojakimi vel primo Nebucadnezaris, qui, ut Lutherus

S

anno-

P. E.